



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignatius Sive De Vita Et
Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres**

Bidermann, Jakob

Antuerpiae, 1635

Socij adlecti. Cap. XI.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5

usqne adeò falsa esse crimina ac nulla constitit, ut eius innocentiam doctrinamque ipse index publicis tabulis sumpserit defendere. Qui & eum sibi libellum, quem Manresæ factum docuimus, petijt: atque, si cum bonâ veniâ posset, exscripturum se ostendit. Ita plerumque, quos agere aduersarij in IGNATII perniciem properabant, Deus in improuos ipsi patremos vertit. Nam idem hic Oratus, cum diu post nouis Romæ fluctibus Socij voluerentur, opportunus adfuit, & quod infrà monstrabimus, pro IGNATIO grauissimum testimoniū dixit.

IGNATIVS *Socios scribit.*

CAP. XI.

70. **A**NGEBATVR iam pridem IGNATIVS: & si quæ sibi auxilia contraheret, laborabat, quibus ad ceterorum salutem impensius niteretur. Igitur cœpit ad Socios sibi adiungendos animiū intendere, iūenes aliquot spectato-

E 2 inge-

63 S. IGNATI VITA.

ingenio, nec eos à sanis consilijs alienos. Usus follerti censurā, nanciscitur primum omnium Petrum Fabrum, in Allobrogibus natum, virum suis posteà virtutibus magnum: mox Franciscum Xauernum, gente Nauarrum; inde Iacobum Lainem Seguntinum: dignos Magistro discipulos, & hunc Europæ, Indiæ illum, utrumque Ecclesiæ conspicuos. Tum deinde alij super alios accessere, Alphonsus Salmeron, Toleti oriundus; Simon Rodericus, è Lusitaniâ, & Nicolaus Bobadilla, Palentiâ profecti. Paulò post secuti tres alij, præclara priorum appendix, Claudius Iaius, Allcbrox, Ioannes Colurius, Delphinus; Paschasius Broëttus, Ambianensis: prima Sociorum decas, tot propediem chiliadas paritura. In quibus quæ sanguine quæ gente diuersissimis, mirum erat nihil diuersi apparere: ea vincula fuere animorum. Ita quo tempore Hispania Galliaque hostilibus odijs dissidebant, Hispani Gal-

Ga
tate
tiui
diu
diu
su,
alic
Te
(M
in
qu
vo
na:
de:
im
qu
ce:
tra
tu
tri
na
re.
Ic
ci
m
ce

Galliique iuuenes æternam socie-
tatem coiere. Hi erant omnes ar-
tium bonarum Magistri, & litteris
diuinis omnibus iuxta docti.

71. Igitur poste à quā in me-
dium consūluerunt, placuit consen-
su, ad xviii. Kalendas Septemb.
aliqua legibus inter se sancire.
Templum in suburbano visitur
(Montem Martyrum dicunt) illic
in secessu, animis confessione at-
que Eucharistiā lustratis, incipiunt
voti sacramento paupertatem æter-
nā singuli nuncupare; seseque
defendendis animorum periculis
impendere: tum in Palæstinam,
quā primā poslet expeditiōne, dū-
cere; aut, si amplius annum vel
trajcere vel ibi degere prohiberen-
tur, in Pontificis Romani arbi-
trium denique ac potestatē, pro
nauandā Ecclesiæ operā, transfi-
re. Voto ritè signato, conuenit,
IGNATIVM in Hispanias profi-
cisci, & quedam ibi Sociorum mo-
menta, resque alias, in Dei cultum
cessuras, accurare: confecto pōst

E 3 nego-

70 S. IGNATII VITA.

negotio Venetias repetere, & id locorum Socios, qui litterarum studia propediem finissent, praestolari.

IGNATII postremum iter in Hispanias. CAP. XII.

72. **C**VM huiuscemodi manda-
tis discedit IGNATIVS, &
breui post in patriam ingreditur:
sed ad fratrem, domus illustris prin-
cipern, noluit neque diuertere, ne-
que ab eo rerum necessiarum
quidquam petere: tametsi nihil nec
officij nec ingenij prætermiserit
frater, quod eum cognatas in ædes
pertraheret. Sed irritum id omne
studium fuit. Maiori violentiâ pu-
gnarunt matronæ, quas honestissi-
mas aut sanguis illi, aut affinitas
coniunxerat. Ex cum actum agere
se viderent, quod vulgarias preces
miscuissent; nouis molitionibus
hospitem adortæ, in genua simul
omnes procumbunt, perque Christi
amorem, ut ad fraternalis ædes di-
uertat, obtestantur. Labefactus hac
machinâ hospes, hactenus succu-
buit,